



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Liber X. Non concupisces uxorem nec rem proximi tui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

...majori alius ruborem & molestiam subire. Quare  
...venitur sub mortali, ad consulendum famæ  
...cum tanto suo incommodo, & inglesia. Hæc ille  
...pendent.

VIII. De ledente honorem alterius, ejusque restitutione.

Obligatio restitutionis honoris adeo est affinis  
...restitutioni famæ, ut hic merito fuerit  
...Honor, qui ex S. Thoma 2. 2. q. 103. art. 1. ad  
...restitutionem quardam excellentia alterius, qua tribus  
...solum modis & quidem ex genere suo: (nisi excuse  
...contumeliam verbis, vel signis illatam, sive absenti, quod  
...contumeliam materia, vel indeliberatio) mortaliter. Primum, per  
...contumeliam, sive præfenti, quod vocant improprie  
...contumeliam, quæ enim honorem alterius imminuit, icet  
...contumeliam, ut per se patet, improprie. Et quidem si ex in  
...contumeliam ledendi honorem, erit contumelia formalis, si  
...contumeliam ex hac intentione, sed fiat tamen id, quod honorem  
...contumeliam ledat, erit contumelia materialis, irrisio, illusio,  
...contumeliam, maledictio, quando ledunt honorem, parum  
...contumeliam se differunt, & huc pertinent. Secundò leditur hono  
...contumeliam per injuriam corporalem, ut percussio, im  
...contumeliam aliam, abscindendo aures, &c. tunc enim præ  
...contumeliam corporis, leditur & honor, cum per illa tra  
...contumeliam quis ut latio, ut infamis, &c. Tertio leditur item  
...contumeliam honoris fraude vel inducendo illas ad stuprum,  
...contumeliam, vel simile crimen.

2. Perdo de stupro, adulterio, & similibus diximus  
...contumeliam in præcepto sexto sup. l. 7. De injuria corporali, qua  
...contumeliam ledit corpus, diximus in præcepto quinto sup. l. 6.  
...contumeliam per contumeliam sive verbis, sive factis plura  
...contumeliam in Opus. de Confessione, lib. 2. c. 9. §. 1. & locis ibid.  
...contumeliam, quæ ratione scilicet contumeliam unico contextu, vel  
...contumeliam in multis factis, sicut unum peccatum, & quo modo dif  
...contumeliam ferant, si jactantur contra parentes, consanguineos, &c. &  
...contumeliam alia non dissimilia. Unum igitur, aut alteram, quod ibi  
...contumeliam prætermissimus. hic subdamus.

3. Omnes injurie contra famam, sunt ejusdem spe  
...contumeliam moralis, unde non differunt, quantum ex hoc capite,  
...contumeliam injurie contra honorem.

4. Dixi (quantum ex hoc capite) nam aliunde potest  
...contumeliam alia species culpe: Si enim prævides magnam  
...contumeliam commotionem ad vindictam in eo, quem illudis, addes  
...contumeliam peccatum scandalum: si irrides aliquem; quia actum  
...contumeliam Christianæ virtutis exercuit, peccas etiam contra Reli

gionem: si illudas Patri, vel Deo, eris etiam impius, &  
blasphemus: si contumeliam facis occidendo, mutilan  
do, virginem deflorando, consanguineam prostituendo,  
erit ultra contumeliam, peccatum homicidii, stupri, in  
cestus, &c.

5. Quoniam verò certum est, deberi omnino resti  
tutionem honoris ablati, seu (ne fiat calumnia in modo  
loquendi) deberi satisfactionem illi, cujus honor per in  
juriam laesus est: inquiri solet, qua ratione is restitu  
endus sit, præcindendo à dandis temporalibus, quæ fortè  
ex contumelia directè, & per se subsequuta sunt, Hæc  
enim in bonis similibus temporalibus, esse restituenda,  
nullus dubitat.

Respondeo, cum hæc restitutio non sit nisi satisfactio  
quædam, quam debet recipere laesus, illa satis erit, &  
requiritur ex Less. Bon. loco mox cit. & passim, quæ se  
cundum gravitatem injuriæ, dignitatem personæ satisfac  
ientis, consuetudinem Patriæ, & alias circumstantias  
occurrentes judicatur à prudenti sufficere. Aliquando (ut  
in contumeliis non magni momenti, & in contortis à  
Superiore) sufficit amica salutatio, vel loci honorifici  
concessio: aliquando necessaria erit invitatio ad men  
sam, aliquando laudatio apud eos, coram quibus laesus  
fuit honor, &c.

6. Potissima, & sufficiens, saltem ante sententiam lu  
dicis, etiam pro gravissimis offensis, humilis petitio ven  
iæ, privata, vel publica juxta conditiones privaræ, vel  
publicæ culpæ, nec necessariò addenda est genuflexio,  
quia hæc nimis excedens satisfactio est.

7. Mera familiaritas, seu familiaris consuetudo cum eo,  
cum quo familiariter agere solebas, nisi addantur alia ar  
ctioris familiaritatis signa, non sufficit ad satisfaciendum  
honoris laeso: quia communis illa, & consueta familiari  
tas exhibetur à læso, ob vitandum scandalum, ob decli  
nandas majores inimicitias, ob consuetum modum vi  
vendi, non verò ad injuriam resarciendam.

8. Denique Superiorem, & Virum nobilem non obli  
go ad petendam dictam veniam ab inferiore vel plebeio,  
quia poterit alia æqualis satisfactio, per alia signa æqui  
valentia his dari: quam æqualem satisfactionem non  
semper possunt pares in se, vel inferior respectu Su  
perioris; nam propterea pro his veniæ petitio interdum  
merito superaddenda est. Aliqua alia minutiora lege  
apud Less. lib. 2. c. 11. dub. 37. Bonac. de rest. in part. d. 2. q. 5.  
& alios.

FINIS LIBRI NONI

Læus Deo, Beatissima Virgini, ac Beato Aloysio.



LIBER DECIMUS

IN DECALOGVM.

Non concupisces Vxorem Proximi tui.

& Non concupisces Rem Proximi tui.

CAPUT PRIMUM.

Tramittuntur quedam scitu necessaria de cogita  
tionibus, & imaginationibus objecti mali.

PERA pretium hoc initio est, tudem cognitio  
nem afferre operationum intellectus, voluntatis,

(quæ etiam appellatur appetitus rationalis) Potentia  
imaginativæ, (quæ item vocatur phantasia,) & appetitus  
sensitivi. Has duas posteriores potentias communes ha  
bemus cum brutis: illæ priores propriæ sunt hominis,  
ut animal rationale est.

Jam verò circa copulam turpem (ut hoc frequentiori  
exemplo utar) quatuor hominis prædictæ potentia ver  
tari possunt hoc modo.

2. Primò,

2. Primò Intellectus, qui cogitet, discartatque de ipsa copula.

3. Secundò, Voluntas, quæ velit, seu concupiscat copulam, vel quæ velit, ut intellectus cogitet de eadem copula, idque propter finem aliquem sive bonum sive malum. Cùm ergo, quando voluntas vult illicitam copulam certum sit, committi peccatum, de hac volitione non est necessè: hic multa superaddere, quando vult, ut intellectus cogitet de prædicta copula, cùm in hac cogitatione, sit ipsemet actus cogitandi, qui est actus intellectus, & sic etiam ipsum objectum talis actus, nempe culpa, poterit ipsa voluntas velle, ut intellectus cogitet de copula, ob delectationem, quæ est in sola cogitatione, vel poterit velle ut intellectus cogitet de copula ob delectationem quæ est in ipsa copula. Quòd si voluntas velit, ut intellectus cogitet de copula propter delectationem, quæ est in cogitatione ipsa, ut relata ad copulam: perinde erit, ac si velit, propter delectationem, quæ est in copula, quia tunc ea delectatio, ut sic, specificatur ab ipsa copula, quæ inter solutos illicita est.

4. Tertio, Imaginatio, quæ est potentia sensitiva, verfabitur circa prædictam copulam, si eandem intra se obvolvet, id est si per species copulæ sensitivas, sibi veluti præsentem eam faciat.

5. Quarto denique, Appetitus sensitivus immediatè ab eadem imaginazione motus, sentit delectationem in carne, &c.

Hi sunt actus satis in re distincti: Sed tamen difficultimum est distinguere delectationem appetitus sensitivi à delectatione voluntatis. Et ratio hujus difficultatis est, quia hæc potentia in nobis sunt maximè inter se connectæ: ita ut cùm operatur voluntas, operetur & imaginatio, & cùm confluit in voluntate delectatio de aliquo objecto materiali, insurgat & in appetitu sensitivo; quia propter sympathiam naturalem delectatio voluntatis excitat delectationem appetitus sensitivi, & è contrà, ut experientia constat. Videamus nunc, An prædicti quatuor actus, quando sunt de objecto illicito, semper sint peccaminosi.

6. Dico primò, Cogitationem intellectus de re mala, verbi gratià, de copula illicita, ex se non esse malam. Paret, quia ea cum laude est in Theologo Calus Conscientiæ speculante, & se de illa scientia delectante: imò etiam est in Angelis, & Deo, qui ejusmodi turpia cognoscunt. Quando etiam est involuntaria, non esse peccatum, jam omnibus est exploratum.

7. Dico secundò, Actum voluntatis, quo ipsa vult, ut intellectus cogitet de re mala, ob finem bonum, malum non esse; ob finem malum, esse malum. Hinc si id velit propter delectationem, quæ est in ipsa mera, & speculativa cogitatione, quantum est ex hæc capite non peccat; si autem velit id propter delectationem, quæ est in ipsa re mala, v.g. in copula, vel in ipsa cogitatione ut relata ad copulam, sanè peccat. Ratio est manifesta, quia talis est delectatio, seu voluptas, qualis res, seu objectus, unde ea desumitur: voluptas enim ex Aristotele lib. 2. *Ethic. cap. 4. Less. lib. 4. cap. 3. dff. 15. num. 108. & passim*, est perfectio operis, seu ipsius pars, & complementum. Cùm igitur cogitatio speculativa, non sit mala, mala autem sit ipsa res cogitata, verbi gratià, copula illicita, ut item mala ipsa cogitatio, ut ad rem malam relata: eandem bonitatem, vel malitiam participabunt prædictæ delectationes, quas voluntas tanquam fines incendet. Quid, si voluntas velit cogitare res malas, neque propter finem malum, id est copulam, neque propter finem bonum, v.g. studendi, sed propter levitatem, vel vanitatem, vel otiositatem, quæ ex se sunt fines venialiter peccaminosi? Respondeo, id mox in fine *sequenti*, dicetur.

8. Dico tertio, Imaginationem de re mala, si sit involuntaria, non esse peccatum, sicuti diximus de cogitatione intellectus, ut est doctrina nimis trita; quia non est peccatum, ubi non est voluntas: At si sit voluntaria, id est, peccatum cum pleno consensu voluntatis, sed ob bonum

finem, v.g. studendi, non esse ex se peccatum, sicuti sapienti si ob finem malum, vel ob finem, ut ait, sensivus cupit, ut omnino vitæ, peccatum esse, quam dubitavimus. At Difficultas est: si sit in rebus scænis solum ob delectationem, quæ ipsa imaginatio sentit, ubi que persistat, an sit peccatum mortale, alio esse semper mortale. Rationem hujus alii adducunt, quæ semper mihi difficilis est visa. Ratio & quidem pro praxi notanda, ac laxius à nobis tendenda est: quia voluntariè, & deliberatè, immo, esse turpia sine bono, vel certè omnimodò aliquo turpibus divertit (is enim bonus finis aliò mentem, atque ad ea turpibus divertit) multò magis ob delectationem existentem, falsum est in ipsa imaginatione peccatum, quamvis in se sit actus inefficax, nec in se assumas, ut procedas ad ulteriores turpes actus, nisi ipse ex se propter sympathiam, & connexionem naturam potentiam, eamque actum, ad se ad vocatam commotionem spirituum genitalium, & motum inordinatorum appetitus carnalis. Quid enim magis minime commovet ad turpia, quam illa eadem mensuratio propter meram delectationem, etiam speculativam imaginari, ut experientia certissimè constat, bene dixit Sanctus Thomas *de verit. quasi. 15. ar. 1. r. 1. ad 2. c. 1. de delectatione consensum in opus peccati. Cùm ergo eam commotionem nunquam peccatum peccat, nec libet ea turpia velle positivè imaginari. Positivè dixi, nam eam imaginationem solum peccare, an quis licitè possit, vox dicitur *cap. 2. de delectatione* imaginatione, dic de cogitatione, eodem modo convinceretur quis velle procurrere ad eas illas commotiones: siquidem propter naturam dictam sympathiam, quam habent ij actus, & potentia inter se; illæ commotiones, quasi necessariò sequuntur. Idem videtur dicendum de quodam, quæ valde delectatur odor (an fetor) spermatis, quævis, ut dicitur, ad aliud pravum objectum nullatenus animam intenderet. Idem, inquam, videtur, illa delectatio de re tam proximè objecto periculo conjuncta, si scit à non uxorato suscipiatur vel signum est affectus pravi, vel certè grave periculum affert in peccatum incidendi. Hæc autem dicta sunt in *cap. 5. §. 2. redibit sermo*, nam quid in alijs matris affectam §. 1.*

9. Dico quarto, ipsum actum voluptuosum appetitus sensitivi, si est sequens ad rem deliberatè imaginatam seu volitam, graviter malum, peccatum mortale esse, quia, ut dictum est, talis est delectatio, qualis res, ob de consequitur. Quòd si sit sequens ad imaginationem, vel cogitationem rei leviter mala, ut ad tactum ipsius manus, ad ulteriores non transcendentes, et veniale. Id quod constat ex ipso supradictis de *præcepto*. Si denique sequatur nobis volentibus, seu certè sine consensu deliberato, quod accidit in peccatis motibus, quando sine advertentia pravum objectum imaginatur, vel quando nullo etiam præmaginatio pravum objectum fervet in nobis abundantia spirituum generationi servientium: nullum esse peccatum, prolam est, quia supponimus nullum adesse consentum voluntatis, de qua tamen re mox explicatilis plura debentur.

10. Afferamus nunc modum, quo quis cognoscet, non delectari de objecto malo, v.g. de copula, nec de cogitatione, ut relata ad rem malam, nec de cogitatione quæ ex *num. 1. est etiam in Angelis, & consequenter ea peccatum non est.*

11. Ad id dignoscendum dantur tres Regule: Prima est, quæ jam dicta est de fine: Si enim ob finem bonum studendi, medendi partes, verbi gratià, inhonestas, sciendi artificium, & stratagemata, quæ sunt in bello, quamvis injusto, & similia, cogitationem illam de rebus hujusmodi ob finem bonum, non esse malam & illicitam; Si autem sit ex fine peccaminoso

periculum est, ne sit ex affectu ad ipsam rem ma- & in rebus turpibus esse peculiarem rationem id... Secunda Regula est: Ut videas, an tu reflecte-... Tertia: Ut advertas, an cogitando aliarum rerum,...

CAPVT II.

Ad peccatum evitandum, opus sit positivè resistere cogitationibus, & motibus pravis?

Status questionis est, an quando intellectus incidit sine deliberatione in cogitationem illicitam, verbi gratia de turpi copula, possit, extra matrimonium,...

De hac re, non ego loquar, sed Castro Palaus, legatur Ioan. Sanchez, qui fuisse idem probat disputat. 21.) qui sic habet: Et si supra dicta sententia affirmans esse peccatum,...

Probabilissimam esse affirmat Thomas Sanchez, qui hanc reputat probabiliorē in rigore metaphysico, practicè tenens aliam dicit esse veram. Precipua ratio, quæ me movet, est quia huiusmodi motus à natura procedunt,...

Hæc Castro Palaus, qui respondet ad quinque argumenta, quibus fundatur prior sententia, quæ, si libere, lege. Illud factur cum communi, esse veniale (lege Ioan. Sanchez loco citato, qui num. 3. nec esse veniale).

le contendit) si, cum possis, non reprimas, neque excusationem habeas, cur non reprimas; quia negari non potest, illos motus esse deordinatos, & ad copulam incitare. Excusatio autem sufficiens est ea, quæ est necessaria, vel utilis tibi, vel alteri, ut audire Confessiones, legere, studere urbanè loqui cum femina, equitare; & multò magis excusabit timor, ne, dum attendis ad volendum positivè resistere, crescat tentatio: tunc enim, imò & semper in eiusmodi tentationibus consultius remedium est statim avertere cogitationem ad alia objecta non illicita, præsertim, quæ te maxime afficiunt: id enim nunc non solum est negativè se habere, sed certè resistere. Quæ omnia, & etiam si prævideatur pollutio, sed non intendatur, nec sit periculum consensus; dicta à nobis sunt satis supra, lib. 7. de 6. præc.

4. Obiicit: Dicitur persæpe supra est, cogitare turpia, vel assumere ea, quæ notabiliter influunt ad pollutionem, commotionemque carnis, esse mortale; quia tunc esset illas procurare, quod nunquam licet: ergo etiam non reprimere, nam id, maxime in naturis calidioribus, est, virtualiter velle, seu acceptare causam notabiliter influentem.

Respondeo, negando consequentiam: neque enim non reprimere, seu solum permittere, est acceptare causam notabiliter influentem: tum quia solum permittens, nec verè vult, nec consentit, nec acceptat, ut supponimus. Est, non reprimat: tum quia nemo negabit, plus commovere carnem, & incitare ad turpes commotiones vel positivè illos motus, illaque turpes cogitationes fovere, quàm circa easdem se habere negativè. Illud igitur notabiliter ex se influit, non hoc.

ACPVT III.

De Delectatione morosa

Utrum delectatio morosa sit, & experietur in ipsis cogitationibus internis, hæc maxime eius explicatio pertinet, de qua sic in methodo Confessionis. l. 2. c. 7. §. 1. ego differui.

2. In hoc differt desiderium, & consensus in copulam, verbi gratia, illicitam; (idem dicendum in aliis materiis) à delectatione ipsa, quam quis habet de eadem copula; quod desiderium est actus ex se efficax, & consummari intenditur in ipso opere externo fornicationis: Delectatio verò est actus ex se inefficax, & consummatur interiori: non enim transit ad volendum exequi id, de quo quis delectatur: nam propterea dicitur etiam delectatio morosa: quia peccans, dum moratur in ipsa delectatione, nec ad opus consummatum procedere intendit, in eadem veluti conquiscit. Cum autem erum sit in desiderio, & consensu, imò, in gaudio de re illicita, iam habita, debet coram Confessario aperi conditionem personæ desideratæ, hoc modo: Desideravi mortalem, nuptam, &c. & in homicidio: Desideravi occidere Patrem, vel Fratrem, &c. seu: Cavissus sum occidisse Patrem, Fratrem, &c. quia tales voluntatis actus supponuntur esse contra diversas virtutes, unde & sine dubio sumunt suam specificationem à talibus objectis specie mortali diversis: cum, inquam, certum id omnino sit, celebris controversiter questio de delectatione morosa: An scilicet si quis solum delectetur (sed non desideret) de copula, quam cogitat, cum nupta verbi gratia, vel cum mortali; debeat id explicare? An potius sufficiat dicere: Toties venerè de copula illicita delectatus sum illam cogitando?

3. Et, ut pro nostra consuetudine scholasticas quaestiones præmittamus: Dico probabilem esse sententiam docentem sufficere, sine obligatione declarandi personas, circa quas eiusmodi morosa delectatio versata est. Ita Vasquez, part. 111. c. 112. Castro Pal. tom. 1. tractat. 2. d. 2. p. 207. §. 4. alique non pauci.

Ratio, est quia delectationes eiusmodi non variantur specie ex varietate conditionum illarum personarum. Non variantur autem, quia satis, superque, & ad æquatè sumunt contrahuntque suam omnes turpitudinem ex oppositione cum virtute temperantiæ, quæ nunc sola violatur; neque enim ille animus, sic sitens in sola ea voluptate, procedit ad violandum, seu ad desiderium violandi in speciale conjugatæ, solutæ, factæ, &c. ergo satis explicatur per solam oppositionem ad virtutem castitatis.

4. Non sic, si quis delectaretur de concubitu conjugatæ, formaliter, uti conjugata est, seu ut nupta est, seu ut sacra est (id, quod certè rarissimum erit) tunc enim esset necesse id explicare, ut ex se patet: nam propterea, si quis se morosè delectaret de concubitu sodomitico, non satis esset si diceret: *Delectatus sum de copula illicita*; sed debet hanc specialitatem explicare, quia tunc formaliter delectatio versatur in talem copulam, ut diversam à naturali congestu.

4. Quod diximus de delectatione morosa, videtur etiam secundum hanc sententiam, dicendum de aspectibus, quando quis respicit mulieres affectu venero, sine progressu ad eas concupiscendas: quia tunc videtur similiter, interius delectatio tota consummari. At si eisdem venero mortali affectu tangeres, quia certis actio consummatur, esset personæ conditio declaranda.

6. An verò sicuti certum est, quod illi, qui vovit castitatem, si morosè delectetur de obiecto turpi, verbi gratiâ, de fornicatione, debet explicare suum Votum, quia sic adversus Castitatem, & adversus Religionem delinquit, ita conjugatus, si similiter morosè delectetur, obstringatur in Confessione explicare, se esse conjugatum: Affirmat Vasquez, *part. 2. tract. 2. disp. 112. cap. 2. num. 10.* quia fides Matrimonij obligat, non solum corpus, sed etiam mentem in aliud obiectum turpe non collocare. Negat Hurtadus *de subiecto pecc. d. 4. diff. 10.* his verbis: *Docet Vasquez conjugatum, qui venerè delectatur de fornicatione cum uxore sua, non tantum, peccare peccato luxuria contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem Matrimonij. Id tamen difficile est, & absque sufficienti fundamento probatum, quia difficile est, & absque sufficienti fundamento, in Matrimonio præstari fidem conjugij non collocandi mentem in aliena. Hæc Hurtadus sanè probabiliter.*

Iam esse in tactibus ex se honestis, v. g. osculo more patriæ, sed inhonesto tantum ex pravo affectu, colligitur ex dictis.

De locutione turpi sistente in sola locutionis delectatione, dixi in superioribus libro septimo, *cap. 8. præf. §. 4.*

De unico actu desiderij versantis circa multa obiecta, dixi *c. 1. §. 8 & 9.*

7. Hæc in *Methodo Confessionis* pro ea occasione in medium attuli ubi supposui, delectationem internam de obiectis graviter illicitis, voluntariè sumptam esse peccatum: quod, licet certum si, siquidem non multò antè diximus, talem esse delectationem, quæ est obiectum, unde illa conquiritur: tamen adhuc tanquam in proprio loco idem hæc distinctis est explicandum, & illustrandum magis, quod iam in *cap. sequenti* faciam.

8. Sed nolo illud hæc non addere. Emmanuel Sæ, *v. Confessio, num. 16.* sic habet: *Qui delectatus est de peccatis præteritis aliàs confessis, id solum oportet confessari, non autem exprimere, quæ illa fuerim peccata. Verùm id, fuit in editione Romana deletum. Et quidem merito, nam delectatio in peccata diversa, quamvis iam confessâ, non tendit in unam ratonem communem, sed in ipsas malicias homicidij, verbi gratiâ furti, ornicationis, &c. lege Sanchez, *lib. 1. in Decal. cap. 2. n. 11.* dicentem se latere fundamentum huius doctrinæ Emmanueli, à.*

## CAPUT IV.

In quo vitæ statu liceant cogitationes quæ morosæ in materia luxuria.

1. **S**ermo esse potest, primò, quoad omnino licet. Secundò, quoad conjugatos. Tertio, quoad solutos. Quarto, quoad olim conjugatos, nunc solutos, quoad viduos.

2. Quoad omnino Solutos, sicuti his sub mortali licet copula, pollutio, distillatio, commotio spirituum, generatio interventum, ita nec delectatio, nec cogitatio morosa de illis: sicuti autem hi, solum sub veniali, licet cent multos actus non libidinosos, & sub nullo actu naturalis, ut fusè explicuimus *lib. 7. cap. 2.* sub veniali, vel sub nullo eorum delectationem, & cogitationem usurpant. Quæ omnia patent Aristotelis fundamentum, quod talis sit delectatio, illud, unde desumitur.

3. Vna superest pro omnino solutis hæc explicandi difficultas. An ij licet queant delectari morosè in luxuria, vel in appetitu sensitivo, cogitando, & imaginando copulam, quam sperant habere cum minima, quando illam uxorem docent? Et respondere non licet. Ita Sanchez *lib. 9. de matrim. d. 7. num. 4.* dicitur, quibus adde Vasquez *part. 2. tract. 1. d. 114. cap. 2. vis enim esse sperare, imò, & desiderare licite, ut id, tamen solum intra terminos, & cancellos esse debet, quibus non transiliant ad delectationem libidinosam præsentem, hoc est, cui in eo statu, quo solvi sunt, voluntariè adhareant. Ratio est, quia illa delectatio futura copula, apprehensa ut præsentis, vel etiam apprehensa ut futura, sed nunc præsentem delectationem motuque sensuales patiente, prohibita est solutio, ergo illis illicita. Prohibita autem est, quia ex se adhibet libidinem, & est eius inchoatio, ut vidimus *sup. num. 9.**

Quo autem modo, data causa excusante, possit in operationibus, licet ex illis prævidetur pollutio, distillatio, &c. dixi fusè *sup. lib. 7. c. 3. §. 5.*

Quoad Conjugatos, dixi plenè *sup. ibidem, cap. 2. §. 5.*

4. Quoad Sponsos, Sponsasque, sicuti supra certissimum, his licet quosdam pudicos tactus, amplexus, signa, quando exhibentur sine periculo pollutionis, consensus in illam, modo *ibidem* explicato; sic in præfati concedimus, posse eos morosè in illis pudicis actibus, amorisque signis delectari, eaque cogitare, vel imaginari, sine prædicto, vel simili periculo. Sanchez *ibid. num. 6.* Vasquez, *ibidem, num. 2. Leti. d. 1. cap. 3. dub. 1. §. num. 120.* lege Bonac. *mor. citandum.* Id ex illo principio toris dicto: *Cui licet operari, & voluptas inde derivata.* Contra, sicuti *ibidem* docuimus, his nequaquam licet tactus impudicos, & multò minus copulam, ita hæc propter idem principium admittimus, nec cogitationem morosam de illis, nec delectationem, ulla ratione licere. Illi ergo licet poterunt delectare copulam modo dicto *num. 3. de solutis, sed* eis licet de illa delectari, nam in hoc sunt omnino soluti patet.

Vide mihi displicet Fagundez, *præcepti. 9. in Decal. cap. 4. numero 3.* docens probabile esse, id licere: quod enim est probabile, etiam propter rationes, quas ipse nec prosequitur. Et quæro te, Fagundez, si dum respondes ad primum argumentum contrariæ sententiæ sic habes: *Ad primum dico, delectationem appetitum sui vi talem esse, quale est obiectum, unde, cum fuerit ex sua natura in obiectum præsens, hoc est, in matrimonium præsens, & tale matrimonium non detur, sequitur delectatio esse copulam mortalem.* Si, inquam, sic doces, quæ delectatio, in eodem loco ante sex circiter lines, docuimus





peccaret, quia per illam conditionem iam auctetur ab iis  
actionibus malitia. Quamvis enim eam conditionem  
nonnullam nunquam ponendam, vel etiam fac impossi-  
bile esse, ut ponatur, tamen sufficit ad vitandum pecca-  
tum, si ego illas actiones, absolute, & efficaciter nolim,  
ut modo sup. §. 3. de aliis materiis dictum est.  
2. Duos tamen hic scopulos cave, quam oculos,  
& periculosos plenos alea. Alterum, facile hos actus in-  
ordinatos procedere ab alia actuali voluntate absoluta  
peccaminosa, & tunc ea desideria esse mortalia ex ho-  
magine, ita assequamur, sicut modo diximus de aliis ma-  
teriis. Hac ratione peccat mortaliter adolescens, qui ex  
turpi amore in puellam dicit *hanc vellem tangere, si  
non esset uxor*: non enim peccat precisè ex hoc con-  
ditionato actu, quia iam per appositam conditionem  
tam omni labe purgavit: sed peccat de illo actuali turpi  
amore, qui hunc actum imperavit, ut in simili §. praeced.  
dictum est.  
3. Alterum, non debere quempiam in his actibus,  
quamvis inefficacibus, longo tempore immorari, nec in  
illis ferè delectari; tunc enim ex illi actus influent  
mortaliter in pollutionem, vel commotionem obsec-  
tam, & de recurretur doctrina toties inculcata de sym-  
pathia potentiarum, & actuum, quòd scilicet impura li-  
bido voluntatis procuraretur.

§. V. Expendantur aliqua alia similes conditiones.

1. Si quis ita animo sentiat, dicatque: *Nolo pecca-  
re, quia est Infernus*, seu *ne ad Infernum condem-  
nari non peccat*, immò meretur: quia tunc efficitur à  
peccato removeret, propter motivum honestum: nam  
Deus consilio gehennam minatur, ne felicit homines  
peccent.

2. At verò si optativè sic dicat: *Si non esset Infer-  
nus, peccarem*, seu, *vellem peccare*, peccat sine controver-  
sia, ut Bonacin. de *matrimon. quæstione quarta, puncto octa-  
vo, num. 29. Suar. lib. 2. de leg. cap. 13. num. 10.* quia tunc  
solutus est, ipsam velle absolute peccare, & optare  
non adesse penam Inferni, quod clara culpa est. Di-  
co (optativè) nam si solum enuntiativè, non peccat,  
sicut enim hic sensus: *Sum ego talis imbecillitatis, ut me  
cognoscant facile peccatum, nisi me Deus compesceret ti-  
more Inferni.*

3. Ex ea distinctione resolve illud, An sit peccatum  
sine actu: *Nisi essem Religiosus fornicarer, te occiderem  
vindicare.* Si enim solum enuntias imbecillitatem tuam,  
quæ, sine frano Religiosis facile lapsus fuisses; nihil  
peccat. At si dicas optativè, seu etiam animo delibe-  
rati illud faciendi, si Religiosus non esses: manifestè  
peccat, quia sensus est, re absolute velle peccare, idemque  
est, ac si diceret optativè, *vellem occidere, vellem fornicari.*  
Hoc tamen desiderium fornicationis sine præsentis ap-  
petitus delectatione, non esset ex Sanchez, lib. 1. in *De-  
calog. cap. 2. num. 28.* in specie Sacrilegij, quia per illam  
conditionem (si Religiosus non essem) tollitur Circumstan-  
tia Vocis.

4. Ex eadem distinctione; si quis ita obloquatur:  
*Si non haberem rationem mei status, seu nisi meum statum  
inspicerem, seu si essem secularis, seu si mihi foret adol-  
escentia, fornicarer, occiderem, vindicare,* clarè peccat,  
si optativè se habeat; vel determinatè ea velle: quia  
absolute affectum haberet ad ea peccata, & solum  
propter conditionem sui status ab iis sese cohiberet.  
Sicut ergo peccaret, qui diceret: *Si nemo me nunc aspi-  
ceret, fornicarer*, ita in prædictis. At si eadem enuntia-  
tivè profertur, non peccaret, quia sensus esset: *Ego in firmi-  
tatem meam agnosco, enuntio me, nisi ab hoc sancto statu,  
respicerem, sine dubio peccatum, sicut etiam nec peccat  
qui enuntiativè sic dicit: Nisi ab alio inspicerem, pecca-  
rem*, quia tunc parè modo solum ostenditur animi pro-  
pensio, non verò absoluta determinatio peccandi. Ex his  
collige similia.

Part. I.

5. Illud superest dubium: An peccet, si quis ita sen-  
tiant, dicatque: *Si non esset timor Dei, nollem ieiunare, nol-  
lem abstinere à fornicatione.* Quando enim sensus est: *Ex  
infirmirate seu propensione mea nollem ieiunare, vellem  
fornicari, sed quia mihi in corde sedet timor Dei, nolo abso-  
lutè.* Simile est hoc dictum illi alteri: *Nolo absolute pec-  
care, quia est infernus*, quod non esse peccatum sic  
numero primo, dictum est, non ergo est peccatum sic  
sentire, vel dicere. Bonacin. de *matrimon. quæstione  
quarta, puncto decimo, numero trigésimo*, absolute docet,  
esse mortale, si ille intendat velle desistere à peccato ob  
pœnas, quas timet à Deo infligendas. Sed est distin-  
guendum: si enim prædicta verba dicantur ex sensu,  
prædicto, non est Bonacinæ assentiendum; idque, tum  
propter dictam rationem, tum propter communem  
doctrinam, quæ docetur attentionem partem Sacra-  
menti Penitentiae in hoc Dei timore fundari, ut fuit  
alibi: Et rectè Castro Palus, loco citato §. tertio, numero  
quinto, sine, sic habet: *Nunquam est peccatum, velle re-  
linquere peccatum, ob timorem inferni, vel ob amissionem  
honoris, ob quemcunque enim finem peccatum relinquitur,  
peccatum non est.* At si eadem verba dicantur in sensu,  
quo quis velit absolute peccare, unde & optet infernum  
non esse, nemo ambigit esse peccatum, ut in simili dixi-  
mus num. 2.

CAPUT IV.

*Qua ratione dignoscatur voluntas consensisse  
mortaliter in peccatum, Remissivè.*

1. DE hac satis elucidè dictum est libro primo  
de capite primo, §. tertio à numero vigésimo septimo,  
quod relege.

CAPUT VII.

*Expenditur Deciso Caramuelis de delectatione  
speculativa.*

1. CARAMUEL, in *Reg. Sancti. Benedicte. num. 1039.* sic  
habet: *Ioannes speculativè proponebat sibi varia ob-  
iecta, ut maiorem delectationem haberet in mollitie, quo  
modo peccavit? Reperio tria consideratione digna: Finem,  
entitatem mediij, & ordinationem mediij ad finem. Finis est  
delectabiliter pollutio: non mutat speciem maior, aut minor  
delectatio, & ideo non est opus in Confessione hanc cir-  
cumstantiam aperire, entitas mediij erat licita, quia est  
actus speculativus, qui nullo modo interdicatur, ordinatio  
mediij ad finem non est mala, sed malitia finis, quia sicut  
materia existit existens, a forma in sententia probabili, ita  
etiam in eadem mediij, scilicet indifferens, insciunt non  
propria, sed malitia finis. Ideo in Confessione dicat, commi-  
ssam mollitiam, & sufficit. Hactenus ille.*

2. Sed non est audiendus; debet enim is fateri, se  
contemplatum esse iuvenem, vel feminam; vel be-  
stiam; &c. Ratio est, quia relictis his tribus à Cara-  
muèle desideratis, cum ipsemet loquatur hinc de actu  
præctico, qua nimirum ratione Ioannes peccaverit,  
& confiteri sacramentaliter debeat, videndum est,  
quid fuerit in ipsa praxi. In ipsa autem praxi Ioan-  
nes peccavit peculiari illo peccato cogitato; Id, quod  
probatur, quia ut vidimus supra, cap. 1. num. 8. ea spe-  
culativa contemplatio ferè & sine ullo fine, seu  
licita commoditate suscepta, & propter meram  
ipsam speculativam delectationem assumpta, per sym-  
pathiam evocat commotiones spirituum, imò & con-  
sensum voluntatis in illud idem obiectum, quod  
speculativè præterit contemplari: Si ergo Ioannes  
N n 3 consensit

consensit, quod facillimè fecit, iam peccavit voluntate in aliud peccatum, propter ipsam molliem: si non consensit, se certè posuit in aperto, & proximo periculo taliter peccandi, imò illud periculum consultò amplexus est, quod esse peccatum eiusdem speciei cum eo, ad quod vergit ipsum periculum, scimus omnes. Ergo necessariò id tanquam novum peccatum aperiendum est. Quare, etiam si tanquam in dextris sagittarius in ipsam solam speculativam contemplationem de pulchro, verbi gratià, juvene collinaverit, quandoquidem seridò propter meram delectationem speculativam id fecit; multò magis; quia ideo sic contemplatus est, ut maiorem delectationem in molliè sentiret, non potest effugere quin evidens, proximùmque periculum subierit consentiendi in ipsum juvenem. Relege quàm modò cap. 1. num. 13. dixi, maximum signum esse affe-

ctus pravi, magis velle in pravis obiectis speculativam in aliis.

Coniugem cogitare alias pulchras feminas, ad actum conjugalem exciter, concessit solum speculativè Sanchez, lib. 9. de matrim. d. 18. numero secundo. Nos attulimus sup. libro septimo, capite tertio, §. ultimo, numero decimotertio: nam pro praxi deinde addidit, ut valdè dissuadendum, & tamen in hoc casu finitè abstinere, nempe actus conjugalis, & cogitatio illa non cogitur ut magis, quamvis in actu conjugali delectetur. Certè finis bonus, imò & commodus, ut supra tractatum est, sicuti etiam delectatio casta de propria conjugatione, non hit voluntatem à consensu illicito in alias personarum cogitatas in casu, de quo loquitur Caramuel, omnia dicant periculum evidentiissimum in pravum consensum obiecti cogitati.

*Finis Libri Decimi, ac totius Operis in Decalogum.*

LAUS DEO, BEATISSIMÆ VIRGINI,  
AC BEATO ALOYSIO.

